

<i>Let stores auUnti^oes de/</i>	<i>ficat Kamôti Uull (Pou),</i>	236-237.
<i>Olfrr,</i>	<i>ff. Uaffpteriu Colorma (Idem),</i>	239.
<i>A Al., CateA b: d'Arewj 'Idem),</i>	<i>2ft – Wernz, /, X. l'idal, /',</i>	<i>d'huMart,</i>
<i>lut cusomcum, Torn. IV (Witches,,</i>	<i>219 242.</i>	<i>Gariori, C., p.n-</i>
<i>ct., r.dio-. Caoonicum (Idem),</i>	<i>243</i>	<i>- /fdiiler, Ji., Ooulieht-s</i>
<i>uod menschlfche-, unveriaderi< ðe</i>	<i>uwd vcrinderfiches Kirdien</i>	
<i>' (Kurtecheid),</i>	<i>243-245. —Stharnagi, I., Katholischca Eherccbt</i>	
<i>(W. ches .245. — Griter, Th., Ius religiosorum (I^cdwolor/),</i>	<i>246,</i>	
<i>— Pruquazi, I., lut iuterrntionalc publicum, Vol I (Idem),</i>	<i>248,</i>	
<i>— L^ngo, C.-ScherUfo, G., Storla del Diritto Romano (Witches,,</i>		
<i>246 249. Wüul, M., Tamruž-Liturgien (Kldnbans),</i>	<i>250.</i>	
<i>— Martiam,</i>	<i>La philosophie de k oature (Baudouxj,</i>	<i>251-252,</i>
<i>Petl/auff, E., Catigere el personality (Idem),</i>	<i>253,</i>	<i>Desgripa-</i>
<i>pa, G., Èiude sur Pascal (Idem),</i>	<i>254</i>	<i>.....223-254</i>

Gik o mc z,

CcMMpeCtn */h.ioyer^.:!^: <i>Vetus Testamtum (Kleinhaus),</i>	268.
— Grado· acuiermci,	268.....
Beeris ixnotum ad «þ λ matorum , .	255-268
	269-276

ANTONIANUM

guat^r *in anno prodit* iasaculis paginarum circa 120. Pretium annuae \$;b@criptionis in Italia est lib. *Hal.* 25, extra Italianam lib. ital. 35 praevie solvenda.

Pretium singulorum voluminum annualium iam editorum est ubique lib. ital. 35; insuper accedunt expensae postales

Fasdculi singuli non venduntur separating Singulorum vero ar^.. or-j-c pauca quaedam exemplaria disponibilia sunt-

IJbri et extracta in nostro Periodico recensenda in duplici ex e:n piari mittantur.

CoMaboratores nostri *Periodici* omnes Lectores Ordinis alii- que o>mpetentes admittuntur invitanturque.

Qui ex collaboratoribus articulum notabilem contulerint, Pe //dici integrum annum, in quo editus fuerit, gratis accipient, bitjpef .7//-. q.;oq.:<; exemplaria proprii laboris.

Ma.uscripta in Periodicum *inurenda*, libri recensendi, Pe- riocida a: mutuo da it et generatim ea quae directionem tan- gunt mittenda *witAlla J)irtzwnt d/M'Antonianum*. Roma 24, Via

>.i8 vero administrationem respiciunt, mittantur Ali Amrnw.drazu/TU dtll'Antonianum sub praedicta directione.

De dono Deo in sacrificio offerendo

Multa quidem de sacrificio scripta sunt multumque per haec quatuor saecula theologi sudaverunt ut eius notionem elucidarent; sed fructus laborum magnitudini correspondes haud videntur. Nullum aliud doctrinae theologicae forsitan habeatur caput, quod cum tanta industria tractatum sit nullumque invenio, de quo tantae dissensiones inter theologos existant totque incertae opiniones ab uno ad alterum tradantur. Cuius rei causam eam esse arbitror, quod antiquorum vias reliquimus, non quo eorum auctoritas neglecta sit vel dicta oblivioni data sint; sed quae illi excogitaverunt quaeque scriptis mandaverunt. ea alii aliter interpretantur, ut suis quisque opinonibus ea accommodet Hac de causa nominatim de dono Deo in sacrificio offerendo secundum ea preeprimis quae S. Augustinus et S. Thomas, antiquorum principes, intellexerint, denuo tractari haud supervacaneum esse censeo, ut ex dissensionibus via ad veritatem aperiatur.

I.

Sacrificium generatim oblationem rei Deo factam esse inter omnes constat cui illud Catechismi Romani concordat *Omnis sacrificii vis in eo est, ut offeratur* 1) Atque verbum offerendi ibi sensu proprio intelligi nemo negat; hoc enim proprium sacrificii esse censetur, ut res oblata vere et immediate Deo donetur. Donationis sacrificialis autem, prout est actus virtutis religionis, finis est. ut Dei excellentia honoretur

lam quaeritur quomodo creatura creatori quidquam dono dare possit. Etenim recte S. Thomas, doni notionem explicans.

() *Calechisius Koṣh*. II, 4 69.

DESCLEE & C. EDITORI PONTIFICI — ROMA
PIAZZA GRAZIOLI A

ANTHIPHONALE ROMANO-SERAPHICUM

*Pro h ows diurnis a Sacra Rituum Congregatione recognitum et approbatum»
atque auctoritate Rmi P. **Bonaventurae** Marrant, totius Ordinis Fratum Mi-
norum Ministri Generalis, editum. — Un vol. in-8°(20l/t X 13 cent.) de 1346 pages.
(Nº 834)*

<i>Sciolto.....</i>	<i>tul to L.</i>	<i>27 —</i>
<i>Legatura dorso in pelle Zigrino nero, con cordom, piani in tela nera, taglio rosso .</i>	<i>»</i>	<i>27 —</i>

GRADGALÉ ROMANO-SERAPHICUM

*Continens Missas Proprias Ordinis Fratum Minorum ad normam Gradualis
Editionis Vaticanae. Editum sollicitudine Rmi P. **Bonaventurae** Marrani
totius Ordinis FF. Minorum Ministri Generalis. — Editio III.*

<i>Un vol. in-8° di pag. iv-170.....</i>	<i>netto L.</i>	<i>7 —</i>
--	-----------------	------------

METODO COMPLETO Di CANTO GREGORIANO

*Con un Appendice per il Canto Ambrosiano secondo la Scuola di Solesmes
per il R. P. D. Ogregorio M. Suôol, O S. B., Monaco di Monserrato. — (Nº 718).*

<i>Un vol. in-8° di pag. vtm-220</i>	<i>L.</i>	<i>6 —</i>
--	-----------	------------

PRINCIPI TRADIZIONALI D'ESECUZIONE DEL CANTO GREGORIANO

*secondo la Scuola di Solesmes del Rev. D. Teodoro Laroche, Curato di
Souain. — Traduzione e note del Rev. D. Luigi Salamina. — (Nº 794).*

<i>Un vol. in-18°, xvi-328</i>	<i>L.</i>	<i>6 —</i>
--------------------------------------	-----------	------------

VERSO IL SACERDOZIO

Esposizione analitica delle ceremonie dell'Ordinazione

*Con pre/azione di Mons. Ba ief o l — Traduzione del Sac. Dott. Sil ver io Ma tte i.
(Nº 607)*

<i>Un vol. in-18° di pag. xxvn-223</i>	<i>L.</i>	<i>4,50</i>
--	-----------	-------------

ANTONIANUM

PERIODICUM PHILOSOPPI ICO-TH EOLOÜIC LM TRIMESTRE

EDITUM CURA

Professorum Athenaei Antoniani de Urbe

i N i > K x

P. Damianus Klein, O. F. M	rificio offerendo	117-134
P. Felicissimus Tlnivella, O. F. M. — De impossibili sapientiae adceptione in philosophia pagana iuxta <i>Collationes in Hexaemeron</i> S. Bonaventurae (01111110110)		135-186
P. Franciscus-M. Henquinet xander de Halés et de Richard Rufus		187-218

Miscellanea.

P. Theodoricus Varghi, I	...;·
--------------------------	-------

Bibliographia.

a S. Thotn r, ô. P

Bibliotheca Franciscana Scholastica Medii Aevi, Tom. IX et XI (Simonis), 224-227. — *Perk, J.*, Synopsis latina quattuor Evangeliorum (Trepat), 227 — *Steinmann, A.*, Die Briefe an die Thessalonicher und Galater (Idem), 228. — *lacono, V.*, Il Battesimo nella dottrina di S. Paolo (Idem), 228-229. — *Poppe, E.*, Entretiens sacerdotaux (Heerincks), 229-230. — *Facchinelli, V.*, L'anima di Pio X (Idem), 230. — *Lekeux, M.*, Sainteté et bonne volonté (Idem), 230-231. — *de Planches, D.*, L'appel à l'union (Idem), 231. — *Bernardino da Siena*, Le prediche volgari (Cantini), 281-233. — *Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum historica*, Vol. XVII (Oliger), 234-235 — *Radonic, P.*, Die Klosterreform in Venedig (Idem), 235. — *IPibnart, A.*, Le grand poème bonaventurien sur les sept Paroles du Christ en Croix (Idem), 236. — *Avinyo, J.*,

DIRKCTIO K'T AIJMIN1STHATIO

ROMA (24)

VIA MBRULANA, 124

Les bores autèntiques del Beat Raniòn Llull (Pou), 236-237.	— ac 99
Oliger, L., B. Marghérita Colonna (Idem), 237-239.	— d'Afichtari,
A. AL, Catastini d'Arezzo (Idem), 239.	— Wertix, F. X.-Vidal,
Ius canonicum, Tom. IV (Wilches), 239-242.	— Sartori, C., En-
chiridion Canonicum (Idem), 242-243.	— Edssler, E., Götliches
und menschliches, unveränderliches und veränderliches Kirchen-	recht (Kurtscheid), 243-245.
— Scharnagl, A., Katholisches Ehorecht	(Wilches), 245.
(Wilches), 245.	— Gerster, Th., Ius religiosorum (Ledwolz), 246.
— Pasquazi, L., Ius internationale publicum, Vol. I (Idem), 246-248.	
— Longo, C.-Scherillo, G., Storia del Diritto Romano (Wilches),	
248-249.	— IVilzel, AL, Tammuz-Liturgien (Kleinbans), 250-251.
— Afaritain, J., La philosophie de la nature (Baudoux), 251-252.	
Peillaube, E., Caractère et personalité (Idem), 253.	— Descrip-
Pes, G., Études sur Pascal (Idem), 253-254 223-254

Chronica.

Conspectus bibliographicus: Vetus Testamentum (Kleinbans), 255-268.	
— Gradus academici, 268 255-268
Elenchus librorum ad nos missorum..... 269-276

ANTONIANUM

quater in anno prodit fasciculis paginarum circa 120. Pretium annuae subscriptionis in Italia est lib. ital. 25, extra Italiam lib. ital. 35 praevie solvendae.

Pretium singulorum voluminum annualium iam editorum est **ubique** lib. ital. 35; insuper accedunt expensae postales.

Fasciculi singuli non venduntur separatim. Singulorum vero articulorum pauca quaedam exemplaria disponibilia sunt.

Libri et extracta in nostro Periodico recensenda in duplice exemplari mittantur.

Collaborators nostri Periodici omnes Lectores Ordinis aliqui que competentes admittuntur invitanturque.

Qui ex collaboratoribus articulum notabilem contulerint, Periodici integrum annum, in quo editus fuerit, gratis accipient, insuper viginti quinque exemplaria proprii laboris.

Manuscripta in Periodicum inserenda, libri recensendi, Periodica quae mutuo dantur, et generatim ea quae directionem tangent, mittenda sunt *Alia Direzione MI'Antonianum*, Roma 24, Via Merulana 124; quae vero administrationem respiciunt, mittantur *Ali'Amministrazione MI'Antonianum* sub praedicta directione.

De dono Deo in sacrificio offerendo

Multa quidem de sacrificio scripta sunt multumque per haec quatuor saecula theologi sudaverunt, ut eius notionem elucidarent; sed fructus laborum magnitudini correspondere haud videntur. Nullum aliud doctrinae theologicae forsitan habeatur caput, quod cum tanta industria tractatum sit, nullumque invenio, de quo tantae dissensiones inter theologos existant totque incertae opiniones ab uno ad alterum tradantur. Cuius rei causam eam esse arbitror, quod antiquorum vias reliquimus, non quo eorum auctoritas neglecta sit vel dicta oblivioni data sint; sed quae illi excogitaverunt quaeque scriptis mandaverunt, ea alii aliter interpretantur, ut suis quisque opinionibus ea accommodet. Hac de causa nominatim de dono Deo in sacrificio offerendo secundum ea praeprimis quae S. Augustinus et S. Thomas, antiquorum principes, intellexerint, denuo tractari haud supervacaneum esse censeo, ut ex dissensionibus via ad veritatem aperiatur.

I.

Sacrificium generatim oblationem rei Deo laetam esse inter omnes constat; cui illud Catechismi Romani concordat *Omnis sacrificii vis in eo est, ut offeratur* (l). Atque verbum offerendi ibi sensu proprio intelligi nemo negat; hoc enim proprium sacrificii esse censetur, ut res oblata vere et immediate Deo donetur. Donationis sacrificialis autem, prout est actus virtutis religionis, finis est, ut Dei excellentia honoretur.

Iam quaeritur quomodo creatura creatori quidquam dono dare possit. Etenim recte S. Thomas, doni notionem explicans.

(:) *Catechismus Rom.*, II, 4, 69.

Donum. impiit, antequam detur, est tantum donantisj sed postquam datur, est eius eut datur ('). Quod si nd sacrificium applicatur, res Deo offerenda ea sit oportet, i. ut solius hominis sit propria; et 2. ut ab homine ad Deum ordinari possit. Quapropter inquirendum est de qua re haec vere dici (picant.

i. *Ut Investigatio via et ratione procedat, principia de rerum erratarum ad Deum et ad hominem relationibus paucis verbis praemittantur oportet ¶.*

Dominium seu possessio, qui termini iuridice idem significant, in eo consistit, ut quis aliquid in potestatem habeat: habere enim dicimur id quo libere possumus uti vel fructu ut volumus ¶. Huic potestati libere rei utendae vel /ruendae per proprietatis ius illud additur, ut praeter possessorem alias quilibet ab ea exercenda excludatur. In nostra quaestione omnes tres termini promiscue usurpari possunt. Deinde domino correspondet necessitas, ut res possessa domini sit, eique serviat, iuxta illud magistri: Dicitur esse suum alicuius quod ad ipsum ordinatur ¶.

Iam Deus qui omnia creavit, omnium dominus est, nihilque existit, neque cogitari potest, quod ipsius non sit. Verum tamen non omnia eodem modo ad eum ordinantur, sed unumquodque secundum naturam quam a creatore accepit. Ilomo qui *spiritu praeditus est*, ad eum directe tendit, ut in summo bono et vero perficiatur et quiescat; cetera vero, quae ad materiam pertinent, directe ad hominem tendunt, ut per eum indirecete ad creatorem referantur. Etenim intra ordinem quo relationes creaturarum transcendent ad Deum, eiusque tura ad omnia creata statuuntur, alias intrainundialis, ut ita dicam, ordo existit quo homo omnium inferioris conditionis rerum dominus constituitur, atque omnia quae ratione carent, ei directe submissa sunt, ut in ipso perficiantur et per ipsum indirecete creatori serviant. Ita Bonaventura: *Quia homo natus d in Deum tendere immediate, ideo omnis creatura irrationalis*

(') 5, th., I, 38, 2, ad 3,

(') Cf. Max Ten Hompel, *Das Opfer ali SilbsthinRabe uud seine ideate 'rwirklichitq! iut Opfer Christi*, Freiburg I. hr., 1920, 23 km,

P) S. th., I, 38, 1,

(4) S. th., I, 21, J, ad 3,

<uf ifanu ordinatur^ iti Hiettiau ipso ad fincm ultimum fxrdū catur (').

Uturque ordo in se immutabili» rut, quia titerqu mt-nv% natura tundatur. Neque Deu» quidquam dr »ui» itiribu» cum homine communicare potent» quippe quae in ne divina tint et absoluta; neque homo de nui» iurib», quae ad analogiam divinorum creata «unt, quidquam ad Drum trannlcrre pertrst. quia in se finita sunt.

a. I lare principia patent, et u nullo theologo negantur Nunc ad quaestionem doni Deo offerendi revertamur, ut quar principia sequantur, nominatim colligamus,

a) I t primo dicendum est Nulla re» visibili» ita hominis propria esse potest, ut creatoris iura ullo modo excludantur aut restringantur, Etenim mutuo »r non expellunt nisi ea quae inter se contraria sunt At Dei iura turibus hominis nullo modo contraria dici queunt, quia non sunt in eodem grnrre, sed ad ordinem toto coelo diversum pertinent. Itaque Drus, cum hominem omnium visibilium dominum constitisset, dominii sui absoluti nihil amisit, nihil omnino cessit. Immo hominis dominiuin in res nullo modo cxlstcre nec cogitari potest, nisi qua tenus supremus dominus, pro sua absoluta potestate, eas continuo ad eum ordinet et ordinatas conservet. Quidquid ergo hominis esse potest, etiam Dei est.

b) Secundo dicendum est Nulla res visibilis directe et per se ad l)eum ordinari potest, Etenim per naturam tuam omnes intra fines intramundiales continentur, atque ad hñrm transcedentem directe attingendum media proportionata non habent Vires quibus praeditiae sunt, ad materiam pertinent, et in materiam tantum operantur. Quapropter ne ad homini» quidem spiritum nisi per corpus cum anima substantialiter coniunctum ordinari queunt Etenim *Maturor irr<Ui<^aùs ordinantur ad altiorum finem quam sit finis qui rist proportio natus naturali virtuti ipsarum (·)*,

Itaque nihil creaturarum visibilium per se id est. ut enator i ab homine vere et p̄proprit donetur, lix praemissis hoc

(') // dht, D, .i. ? <U. I; *_v μ. VICI A. liu«, II. -M
CE ibidem diet. 16» ** I» <|m I; p> 394; »t diet. 16, a «p» i, p 401
(·) X M., I, II, 'H, 4, ad 3; cf, Ibidtm 109, 5, a₁ <

Donum, inquit, antequam detur, est tantum donantis; sed postquam datur, est eius cui datur ¶. Quod si ad sacrificium applicatur, res Deo offerenda ea sit oportet, i. ut solius hominis sit propria, et 2. *ut ab homine ad Deum ordinari possit*. Quapropter inquirendum est de qua re haec vere dici queant.

i. — *Ut investigatio via et ratione procedat, principia de rerum creatarum ad Deum et ad hominem relationibus paucis verbis praemittantur oportet* (2).

Dominium seu possessio, qui termini iuridice idem significant, in eo consistit, ut quis aliquid in potestatem habeat: Mere enim dicimur id quo liöere possumus uti vel frui, ut volumus (3). *Huic potestati libere rei utendae vel fruendae per proprietatis ius illud additur, ut praeter possessorem alias quilibet ab ea exercenda excludatur. In nostra quaestione omnes tres termini promiscue usurpari possunt. Deinde domino correspondet necessitas, ut res possessa domini sit, eique serviat, iuxta illud magistri: Dicitur esse suunt alicuius quod ad ipsum ordinatur* (4).

Iam Deus qui omnia creavit, omnium dominus est. nihilque existit, neque cogitari potest, quod ipsius non sit. Verum tamen non omnia eodem modo ad eum ordinantur, sed unumquodque secundum naturam quam a creatore accepit. Homo qui spiritu praeditus est, ad eum directe tendit, ut in summo bono et vero perficiatur et quiescat; cetera vero, quae ad materiam pertinent, directe ad hominem tendunt, ut per eum indirecte ad creatorem referantur. Etenim intra ordinem quo relationes creaturarum transcendent ad Deum, eiusque iura ad omnia creata statuuntur, alias intramundialis, ut ita dicam, ordo existit quo homo omnium inferioris conditionis rerum dominus constituitur, atque omnia quae ratione carent, ei directe submissa sunt, ut in ipso perficiantur et per ipsum indirecte creatori serviant. Ita Bonaventura: *Quia homo natus est in Deum tendere immediate, ideo omnis creature irrationalis*

(1) 5. th., I, 38, 2, ad 3.

(2) Cf. Max Ten Hompel, *Das Opfer als Selbsthingabe und seine ideale Verd'irklichung im Opfer Christi*, Freiburg i. Br., 1920, 23 ss.

(3) S. th., I, 38, 1.

(4) 5. th., I, 21, 1, ad 3.

ad ipsum ordinatur, ut mediante t̄p ad finem ultimum f̄rdu catur.

Uterque ordo in se immutabilis est. quia uterque in entM natura fundatur. Neque Deus quidquam de suis iuribus can homine communicare potest, quippe quae in se divina sint et absoluta; neque homo de suis iuribus. quae ad analogiam divinorum creata sunt, quidquam ad Deum transferre potest- quia in se finita sunt.

2. Haec principia patent, et a nullo theologo negantur. Nunc ad quaestionem doni Deo offerendi revertamur, ut quae principia sequantur, nominatim colligamus.

d) lūt primo dicendum est: Nulla res visibilis ita hominis propria esse potest, ut creatoris iura ullo modo excludantur aut restringantur. Etenim mutuo se non expellunt nisi ea quae inter se contraria sunt At Dei iura iuribus hominis nullo modo contraria dici queunt, quia non sunt in eodem genere, sed ad ordinem toto coelo diversum pertinent. Itaque Deus, cum hominem omnium visibilium dominum constitisset, dominii sui absoluti nihil amisit, nihil omnino cessit. Immo hominis dominium in res nullo modo existere nec cogitari potest, nisi quantum supremus dominus, pro sua absoluta potestate, eas continuo ad eum ordinet et ordinatas conservet Quidquid ergo hominis esse potest, etiam Dei est.

b) Secundo dicendum est Nulla res visibilis directe et per se ad Deum ordinari potest. Etenim per naturam suam omnes intra fines intramundiales continentur, atque ad boem transcendentem directe attingendum media proportionata non habent \ires quibus praeditae sunt, ad materiam pertinent et in materiam tantum operantur. Quapropter ne ad hominis quidem spiritum nisi per corpus cum anima substantialiter coniunctu in ordinari queunt. Etenim *creaturae irrationalies non ordinantur ad altiorem finem quam sit finis qui esi p̄proportionatus naturali virtuti ipsarum* (2).

Itaque nihil creaturarum visibilium per se id est ut creatori ab homine vere et proprie donetur. Ex praemissis hoc

(x) *II Sent.*, dist. 15, a. 2, qu. 1; *Opera* Ad C. Aquas. E. SS3
Cf. ibidem dist. 16, a. 1, qu. 1; p. 394; et dist. 16. a. 2. qu. I; p. 401.

(') 5. ZA., I, II, 91, 4, ad 3; cf. ibidem 109, 5, ad §

evidenter colligitur. *Quod oblationes materiales communiter Domino dari dicere consuevimus, sicut cerei, pecunia aliaque multa ei offeruntur, haec improprie ei donata dicuntur. Etenim non directe ad Deum, sed ad eius cultum externum ordinantur, neque eorum proprietas ab homine ad Dominum transfertur, sed ad cultus societatem vel eius ministros, <μν officium subeunt, ut res donatae ad Deum colendum convertantur. Quapropter sacrae vocantur, non quo ab humano dominio sublatae sint, sed tantum quia ab uso profano remotae ad sacrum finem deputantur* (').

c) *Quae cum ita sint, id cui notio doni Deo offerendi directe et proprie conveniat, non de rebus physicis, sed de bonis spiritus sumendum est. Etenim spiritus hominis, quamvis in corpore materiali conclusus, per naturam suam omnes limites materiae transcendent, atque ad ipsum Altissimum pervenire potest, ut ei se directe offerat. Ad imaginem Dei factus directe et per se ad eum ordinari potest, ut vere eius sit - Rursus spiritus ea libertate gaudet, ut non omni ex parte a Dei potestate coarctetur. Quoad finem transcendentem quidem ut creatura creatori absolute submissus est, ut eum nullo modo fugere queat. Intra terminos ordinis intramundialis vero ut persona sui iuris est, atque fines suos libere disponit. Non solum in rebus physicis, sed etiam in moralibus adeo in sua potestate est, ut vel ad famulatum Deo debitum non legum naturalium vi compellatur, sed praecepto morali vocetur. Utrum vocem vocantis audiat necne, eius arbitrio permittitur. Per hanc libertatem moralem personae bonum quoddam homini commissum est, quod creator ab ea accipere potest; quodque receptum, re vera aliunde recepisse dicitur. Itaque interna mentis oblatio est vere donum Deo offerendum, atque unica oblatio quae per se hoc nomen vere mereatur, quapropter a S. Thoma *primum et principale* (2) et *verum sacrificium* (3) appellatur.*

d) Nullam rem visibilem, supra dictum est, per se, seu quatenus in suo esse materiali existat, vere et proprie Deo

(*) S. th., III, 63, 6, ad 2.

(-) S. th., II, II, 85, 4.

(3) C. Gent., III, 120.

donari posse. Vcruumtamen, si quo modo res visibili» cum spiritu ita uniatur, ut suum proprium esse amittat, atque unem vere totum cum spiritu constituens, eius esse spiritualis quodam modo particeps fiat, in se. sed per spiritum vere et proprie creatori dono dari potest. Etenim partem principalem totius ea quae ad principalem ordinetur, sequatur necesse est quoniam cum ea unum esse specificum habet. Ita, exempli gratia, etiam corpus hominis cum anima unum totum substantiale faciens, si illa se ipsam Domino offert, indirecte, sed vere et proprie ei offertur et dono datur. Itaque totus homo vere donum creatori offerendum fieri potest, et anima in se et per se, et corpus in se. sed per animam.

I lactenus per analysim notionis doni generatim definitum est quid vere et proprie Deo in sacrificio offerri possit. Ad similitudinem exempli in fine expositi via patet, qua quaestio specialis de sacrificiis materialibus interpretandis recte solvatur. Ex historia enim constat omnes fere gentes Deo vel diis aliquando sacrificia externa obtulisse, et multas ad hoc usque tempus ea offerre. Et praesertim Veteris Testamenti instituta non solum monent, ut homines animos suos Domino voveant, sed etiam sacrificia externa animalium, vegetabilium et anorganicarum rerum offerri iubent, eorum ritus determinant, atque sua quibusque tempora definiunt. Ut hoc factum rationabiliter explicarent, praesertim post Concilium Tridentinum theologi plurimum laboraverunt et adhuc laborant, quia, ut opinor, viam modo indicatam, quam antiqui sequebantur, reliquerunt. Primo igitur videndum est quomodo illi visibilia sacrificia interpretati sint.

II.

i. — Omnia primus S. Augustinus, sacrificiorum materialium rationem exquirens, in libro *de Chitat/ Dei* celebrissimam thesim statuit: *Sacrificium visibile invisibilis saerh:* sacramentum, id est, sacrum signum est (1), quam paulo post sic iteravit: *Illud quod ab omnibus appellatur sacri*i*, rxm.* si-

gnum veri sacrificii esi. Etsi verbis formulae aliquantulum in terse differant, sensu posterior cum priore perfecte concordat. Qui commentarium illum sine ira et studio legerit, dubitare nequit, quin auctor actus devotionis et amoris quibus homo se ipsum Deo voveat, verum sacrificium consideret eique externum ritum addi putet, ut visibile fiat. Hanc partem externam vocat illud quod ab omnibus appellatur sacrificium, quoniam vulgus, in exterioribus rerum inhaerescens, aliter atque usus theologicus secundariis elementis quae sensus movent, principalius nomen imponere solet. Inquirendum igitur est quid sacramentum et signum significant.

a) *Inter latinos ea proprie sacramenta vocabantur, quae graeci mysteria nominabant, id est, ritus occulti, in quibus gentiles ad deorum cultum divina repreaesentabant. Deinde idem nomen ad earundem sollemnitatum singula elementa, ut sunt caeremoniae, actiones, verba et alia, transferebatur. Summopere tamen notandum est omnia illa quae in mysteriis extrinsecus agebantur, non materialiter considerata esse, sed merae formae, figurae, similitudines, symbola, signa, — omnia ista nomina apud scriptores leguntur —, esse putabantur quorum tota realitas in eo consistenter, ut spiritualia in se continerent, et sensibus et usui hominum repreaesentarent. Itaque logice spectata, non proprie res dicenda erant, sed potius symbola obiectiva, in quibus realitates invisibles ostenderentur. Ita inter gentiles.*

Ut monumenta antiqua litteraria testantur, eadem vocabula deinde ex consuetudine vulgari etiam in usum Ecclesiae transierunt, atque a patribus et theologis usurpata sunt, ut ritus quibus facta redemptionis commemorantur et repreaesentantur, et speciatim instituta quibus gratiae Salvatoris cum fidelibus communicantur, congruenter denominarent. Omnia ista mysteria seu sacramenta vocabantur, cum hodie nomen sacramenti uni generi eorum reservare consuevimus; atque rituum externorum rationem eam esse censebatur, ut spiritualia significant et exprimerent (').^()*

(*) Odo Casei, *Theologische Revue*, 1925, 41 ss.; *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, 1926, 113 ss.

Itaque in thesi S. Augustini sacramentum dicit ritum mysticum, spirituale quoddam in se continentem et ostentantem atque signum vocari potest symbolum obiectivum, ideo ir.stitutum, ut in eo interna realitas sacra oculis hominum sublidatur et sensibiliter agatur. Animalia igitur ceteraque materialia a veteribus oblata, iuxta S. Doctorem, per se sacrificia non erant sed solum symbola in quibus sacrificium spirituale conspidebatur, neque directe et per se creatori dono dabantur, sed per spiritum qui in iis se immolabat. Hoc modo illud ineptum fugiebat, ne quid rei sensibilis directe et per se ad Deum ordinaretur; simulque actum internum et opus externum ad unum vere totum coniungebat, quod una donatione offerretur. Ita quidquid religiosi est, principaliter intrinsecus per devoteae mentis oblationem agitur, sed res et ritus exteriores, quamvis in se materiales, per interna esse sacrificii participes fiunt, ut secundarie, sed vere ad actum religionis pertineant.

fi) Hanc interpretationem suam Hipponensis aliquando per comparationem sacrificii cum oratione illustravit Oratio externa a mentali eo differt, quod in ea affectus animi externis verbis exprimuntur. Haec verba, quamquam « ab omnibus » oratio appellantur, per se vere oratio non sunt sed veram orationem quae in animo agitur, extrinsecus manifestant Logice spectata, non sunt res, sed tantum signa, in quibus vera realitas. id est, affectivus mentis ad Deum motus, audibilis redditur et ostenditur. Quod de oratione dicitur, idem, iuxta S. Augustinum, de sacrificio dicatur oportet. Sacrificia visibilia enim *ita esse signa internorum*. ait, *sicut verba sanantia sunt signa rerum*. Unde, ut probet illa soli Deo offerri debere, hanc colligit conclusionem: *Quocirca sicut orantes atque /andantes ad cum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas signi/icamus, ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse noverimus quam illi cui in cordibus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus* (').

Per hanc comparationem mens S. Doctoris optime apparent *Res religiosas* proprie vocat ea quae in corde aguntur. Ea quae extrinsecus sensibus subiiciuntur, sunt tantum(*)

(*) *De Civ. Dei*, l. 10, c. 19; Migne, P. L. 41, 297.

voces, signa quae sonant, et sonando res internas ostendunt. Hoc quoad orationem evidenter patet. Quis verbis sonantibus precum quidquam esse proprii tribuat? Idem ergo, concludit, de sacrificio dicendum esse. Quid enim sunt aliud quaeque corporalia sacramenta nisi quaedam quasi verla visililia (').

c) *Hoc supposito denique, veterum sacrificia materialia a calumniis vindicans, ostendit illos in re sacrificii nobiscum convenire, in signis differre. Quod al antiquis patrius talia sacrificia facta sunt in victimis pecorum, — quae nunc Deipopolus legit, non facit, — (non) aliud intelligendm est nisi relus illis eas res fuisse significatas quae nunc aguntur in nolis ad hoc, ut inhaereamus Deo et ad eundem finem proximo consulamus (2). — Nullo tempore quisquam Deo placuit nisi per fidem et caritatem. Quae cumin nobis aguntur spirituali sacrificio cordis in fide Christi Iesu, eadem illi et spiritualiter faciebant et visibiliter ostendebant in victimis pecorum cum fide Christi venturi. Quapropter idem sacrificium Deo offerebant, quod nos offerimus; sed simul formis externis illud exprimebant quae, postquam Christus passus est et resurrexit, iam mutatae sunt p).*

2. — Postea quae S. Augustinus ad sacrificia visibilia interpretanda proposuerat, ea S. Thomas fideliter secutus est, et secundum scholasticorum dicendi rationem expolivit, et terminis logicis clarius definivit.

a) *Sacrificium visibile secundum S. Doctorem non est quidquam singulare in opere religionis, quod ex se solo explicetur oporteat (4), sed ad genus illorum sensibilium, scilicet verborum, gestuum vel actionum pertinet, quibus homo quasi signis utitur, ut per ea interna sua exprimat, atque mentem in exercitio religionis iuvet (5). Ex eadem necessitate psychologica ortum (6), eosdem fines spectat quos ceteri actus externi*

(') *Contra Faustum*, l. 19, c. 16; *Ed. Maur.* toni. 8, coi. 321.

(') *De Civ. Dei*, l. 10, c. 5; Migne, P. L. 41, 282.

P) Cf. *C. Faustum*, l. 19. c. 16.

(4) *C. Gent.*, III, 120, auctor *inter alia*, inquit, *quae ad latriam pertinent, singulare videtur esse sacrificium*; - verum *singulare* non ratione signi, sed propter significatum.

P) *S. th.*, II, II, 81, 7.

(6) *A th..* II, II, 83, 1.

divini cultus; quapropter eandem rationem logicam quam illi habeat necesse est. A notione generica igitur investigatio incipienda est, ut recte intellegatur quid divus Thomas speciatim de sacrificio visibili eiusque ad invisibile relatione cogitaverit, quoniam genus facilius comprehenditur, et quidquid de esse generis affirmatur, de qualibet specie eius affirmetur necesse est.

Actibus externis Aquinas esse religiosum, quamvis participatum, tamen verum attribuit. *Quia per interiores actus directe in Deum tendimus, ideo interioribus actibus proprie Deum colimus: sed tamen et exteriore actus ad cultum Dei pertinent, in quantum per eiusmodi actus mens nostra elevatur in Deum* ('). Sed quoniam exteriore actus id solum faciunt, ut interiores ad finem suum attingendum iuvent, totum eorum esse ad hos ordinatur. *Religio habet interiores actus quasi principales et per se ad religionem pertinentes; exteriore vero actus quasi secundarios et ad interiores ordinatos* ('). Hoc maxime notandum est, quoniam intima quaestione tangit. Principale, et secundarium quod ad illud ordinatur, logice hoc proprium habent, ut unum totum constituant: quapropter etiam unum esse specificum habeant necesse est, quod a principali detur et a secundario recipiatur. Itaque si quod opus religionis extrinsecus agitur, ab interno seiungi nequit; neque duae res, neque duo actus seorsum existunt; sed internum elementum et externum ita inter se uniuntur, ut unam rem et unum actum faciant qui ab interno determinatur et per externum completur. — unum opus in quo, secundum antiquorum loquendi usum, illud res. hoc **objективum rei signum** appellantur oportet. Quapropter hoc solum indirecte per illud rationem actus religiosi habet et a Deo acceptatur. Etenim: *exteriora exhibentur Deo tamquam signa quaedam interiorum et spiritualium operum quae per se Deus acceptat* (3).

b) Secundum haec principia generalia, magistrum Hipponensem secutus. Angelicus visibilis sacrificii rationem deft-

(') *C. Gent.*, III, 119.

(a) *5. th.*, II, II, 81, 7.

(3) *5. th.*, II, II, SI, 7, ad 2.

nivit: *Oblatio sacrificii, inquit, fit act significandum* ('). Hoc nequaquam de sacrificio simpliciter dici putaveris. Etenim oblatio sacrificii per se fit ad divinam excellentiam honorandam. In illo articulo agitur de sacrificio externo, quod vere offertur ad significandum. Haec eius unica ratio est et solus finis. Si vero in hoc eius esse et finis terminantur, necessario colligitur per se illud nihil sacrificii constituere, nec rem oblatam eius esse vere donum, nec ritum vere donationem, sed utrumque esse solum signum, quod, ut res fiat, ab interno actu esse rei et donationis recipere debeat. Hanc mentem magistri esse clare ex iis patet quae de notione generica supra dicta sunt, et ex eo confirmatur, quod ibidem rationem sacrificii visibilis ipse speciatim per comparationem cum oratione externa illustravit eodem modo et iisdem fere verbis ac S. Augustinum hoc fecisse supra demonstratum est.

c) His suppositis denique Aquinas suam thesim statuit. *Significat sacrificium, quod offertur exterius, interius spirituale sacrificium quo anima se ipsam offert Deo* (2); et iterum: *Exterius sacrificium representativum est interioris veri sacrificii, secundum quod mens humana se ipsam Deo offert* (3). Ex ipsis terminis apparet quam sincere Augustini thesim secutus sit.

Itaque, ut ad initium quaestionis revertamur, secundum Augustinum et Thomam, veteres animalia aliasque res visibles vere creatori dono dabant, non directe et per se, sed per donum spirituale, — non ut dona materialia, sed ut symbola visibilia in quibus unica victima quae per se Deo placet, scilicet mens humana se ipsam offerens visibiliter immolabatur, ita ut exteriora et interiora unam rem oblatam, unum actum donationis, unum sacrificium facerent.

Huius interpretationis laudes praecipuae hae sunt: i. Sacrificium visibile ab iis quae cum eo cohaerent, non separatur, sed cum toto genere actuum religionis externorum coniunctum consideratur et rationabiliter explicatur; — 2. Ea quae intrinsecus aguntur, et ea quae extrinsecus videntur, unum opus religionis constituant, quia in unum esse coalescant; — 3. Ex-(*)

(*) S. th., II, II, 85, 2.

(') L. c.

(3) C. Genl., III, 120.

terna vere Deo donantur, quia ab internis assumpta apta fiunt, ut ad eum ordinentur: — 4. Natura spiritualis actus religiosi perfecte servatur, quia materialia solum indirecte ad eum cooperantur.

III.

Post Concilium Tridentinum theologi qui in visibilis sacrificii rationem inquisierunt, a trita via antiquorum decesserunt. Thesis quidem S. Augustini et S. Thomae aliaque eorum dicta ubique citantur, sed formulis servatis aliquando significations tribuuntur quae ab illorum mente alienae sunt. Discessus autem inde coepisse inhi videtur, quod, sacrificium visible e nexu aliorum actuum religionis externorum eiusdem generis solventes, atque factum singulare et sui generis esse reputantes, eius specimen victimas Veteris Testamenti esse volebant. Huic alias error accessit, ut rem sensibilem offerendam loco hominis substitui et pro eo offerri plerique putarent quare exteriorum momentum praeter modum auctum est Hinc denique notionem signi per antiquos celebratam ab ordine obiectivo et logico ad subiectivum et psychologicum transferre necesse fuit.

i. — Itaque rem sensibilem per se Deo offerri et *expossessionem humana in mancipium divinum verti* ¶ dicunt Hunc actum externum vero symbolice indicare mentem humanam simul intrinsecus se ipsam Deo offerre et consecrare; quapropter de la Taille eum *rem et signum* vocat, — rem. quia iam secundum se rationem rei, id est verae donationis rei externae habeat, et signum, quia simul internae rei oblationem insinuet (2).

Per haec in sacrificium duplicitas quaedam introducitur, quam veteres ignorabant. Etenim duae vere res offerendae distinguuntur, visibilis et invisibilis, et duae vere donationes, externa et interna. Utraeque vero uniri dicuntur per voluntatem agentis qua elementum externum ad internum insuandum et testificandum ordinetur. Utrumque enim necessa-

(*) Mauritius de la Taille, S. J., *Myskrita* fidei*, Parisiis 1921, 10.

(?) De la Taille, l. c. 9.

sit, unumque esse specificum habeat oportet. Verum horum neutrum de sacrificio quale a recentioribus intellegitur, vere praedicari potest.

Totum dicitur respectu partium ¶, — de quarum numero hic essentiales et intégrales considerandae sunt. Iam exteriora et interiora essentialiter uniri non posse, ex eo clare patet, quod neque illis notio materiae, neque his notio formae convenit, quoniam utraque in se complete constituta esse reputantur. Duas vere res et duas vere donationes in unam essentialiter rem, et unam donationem coalescere in terminis repugnat. Quodsi interna sui offerendi voluntas etiam a recentioribus aliquando externi operis *forma* vocatur (2), hoc vere dici nequit. Etenim forma id appellatur *quod per se ipsum facit rem esse in actu f.* Atqui opus externum, cum vere rei donatio esse reputetur, per se in actu est, atque nihil ab internis ad suum esse completum recipit, sed solum ad ea testificanda subjective ordinatur, ut infra dicetur.

De la Taille quidem *utrumque elementum*, inquit, *concurrit ad integrandum verum sacrificium* (4). — Verumtamen partium integralium notio eis non congruit, quoniam partes intégrales quae unum totum faciant, eiusdem naturae sint necesse est. Elementum externum vero prout ab eo construitur est simplicitur materiale, et internum spirituale; quomodo haec ad unum totum integrandum concurrant, nemo ratione intelligit.

Unionem elementorum fieri dicunt per intentionem agentis. Eodem actu is qui offert, intendit et donum visibile Deo dare, et significare internam mentis oblationem fieri. Hoc qui construunt, videant quomodo sibi non sit certamen cum illa lege logica: *Idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad unum finem proximum a quo habet speciem* (5). Intentio donandi exteriora et intentio indicandi interiora vere duos actus distinctos constituunt, quoniam numero actus distinguuntur per obiecta. Verum supposita illa

(^c) S. th., I, 8, 2, ad 3.

(a) Cf. Ioannes Bapt. Franzelin, S. I., *Tractatus de ss. Eucharistiae sacramento et sacrificio*, Romae 1868, 290, 294, 296 etc.; B. Bartmann, I. c. 34!.

(3) A. th., I, 76, 7.

(4) L. c. 7.

(5) S. th., I, II, 1, 3, ad 3.

constructione, cum intentio significandae internae oblationis subiective ab agente ad esse logice completum externi dementi adiungatur, hoc nihil realiter in se recipit, nihil determinatur, nihil mutatur, sed tantum subiectivam quandam similitudinis relationem ad illud consequitur, ut, si velis, ea quae extrinsecus existunt et aguntur, cum. Card. Franzelin actionem symbolicam appelles (').

Quidquid est, exteriora et interiora ad unum totum faciendum non coniunguntur, neque unum esse habent; sed utraque suum esse specificum proprium habent, illa per finem rei materialis in se et per se donandae, haec per mentis offerendae voluntatem. Illa relatio subiectiva vero neque priorum naturam materialem mutat, neque posteriora realiter attingit. Quae ita construuntur, ea unum sacrificium, unum actum virtutis religionis vocari, rectae rationi non probatur.

c) Denique, notionem suam sacrificii visibilis construentes, internae mentis oblationi recentiores nomen sacrificii proprie dicti negant. Per se parum refert utrum internum sacrificium et externum duae species eiusdem generis appellantur, an. priore excluso, posteriori soli proprie nomen reservetur. Sed quoniam opinionem suam etiam per auctoritatem antiquorum firmare co-nantur, hoc iniuste fieri ostendatur oportet, ne discidium quod inter priorum et posteriorum theorematum existit, dissimuletur.

S. Thomas *duplex sacrificium* (2), internum et externum distinguit, et hoc in duo dividit, quare tria genera recte re-censentur. i) Sacrificium internum, quo homo *mentem devotam Deo offert*. 2) Sacrificium externum illorum actuum quibus res visibles Deo offeruntur, ut eius excellentia honoretur. 3) Sa-crificium externum illos actus exteriores comprehendens, qui non ex religione procedunt, sed, ad alias virtutes pertinentes, indirec-te ad Deum honorandum ordinantur, ut si quis opera caritatis exerceat, ut Deo honorem praestet.

Tertium genus aliquando ab Augustino, qui sacrificium immediate actum virtutis amoris esse censebat, vere sacrificium nominabatur (3). Sed cum S. Thoma, qui sacrificium mediate

(') L. c. 291 etc.

(2) 5. th., II, II, 85, 4.

(3) *De Civ. Dei*, l. 10, c. 5-6; Migne, P.L. 41, 282 s.

ex amore oriri, immediate vero a virtute religionis procedere recte docet (‘), hodie ab omnibus tenetur illi nomen sacrificii improprie attribui. — Secundi generis actus vere sacrificia vocantur, *quia non habent ex alio laudem nisi quia Junt propter reverentiam divinam* (a). — Denique primum genus improprie sacrificium recentiores appellari volunt, (piam opinionem etiam antiquis attribuere audent.

Verumtamen, sicut Augustinus internam mentis oblationem *verum sacrificium* nominavit, ut ab illo distingueretur *quod ab omnibus sacrificium appellatur*. ita Thomas eam vocat *verum sacrificium* (3), et *principale sacrificium* (4), verum, id est, non unum ex veris, sed illud quod per se est verum, *quia in eo res ea offertur quam per se Deus acceptat*, et cuius res externae in sacrificio visibili solum formae repraesentativae existant; — et principale, *quia oblata materialia ad illud ordinentur necesse est*, ut per illud rationem sacrificii et actus religiosi consequantur, ut supra dictum est. Quod ita laudatur, id ab iisdem theologis improprie sacrificium nominari quis credat? — maxime cum per comparationem sacrificii cum oratione illi mentem suam evidenter ostenderint. Interna mentis ad Deum elevatio, quam etiam S. Augustinus et S. Thomas veram et principalem orationem habent, nomen orationis certissime sensu proprio tenet. Quodsi igitur illi easdem relationes logicas quae inter externam orationem et internam existant, etiam inter externum sacrificium et internum vigere affirmant, ut supra dictum est, recte colligitur etiam internae mentis oblationi nomen sacrificii sensu proprio ab iis attributum esse.

De Ia Taille quidem affirmat: *Quia veritas quae excludit fictionem accedit sacrificio ex elemento invisibili. inde fit, ut ali' quando apud Augustinum aliosque post eum veteres theologos verum sacrificium audiat internum... Quia autem proprietas accedit sacrificio ex elemento visibili, inde fit, ut apud recentiores verum sacrificium audiat externum* (5). Auctor inter veritatem^(*)

(‘) 5. th., II, II, 82, 2, ad 1.

(') S. th., II, II, 85, 3.

(3) C. Gent., III, 120.

(*) S. th., II, II, 85, 3, ad 2; 85, 4.

(5) L. c. 7s.; cf. Franzelin, l. c. 303; S. Bellarniimis, *De sacuficio Eucharistiae*, l. 5, c. 2.

et proprietatem distinguens. illam m
tclegit Antiquos igitur ordinem m spectasse ait. M
nihil quod extrinsecus ageret d Deum aestiman Ace-
rent, nisi in spiritu et veritate ageretur. Necrumtam hoc
plenum erroris est. Etenim antiqui, et praesertim S. ThomM
vere de ordine logico loquuntur, et interiora verum sacrificium
nominant, quia directe et per se *donum Deo oblatum* sint. cum
exteriora solum per illa creatori offerantur, ut dictum est. et
principale sacrificium nominant, non quia *dono invisibili potii-
sum absolvatur sacrificium* (‘), sed quia tota ratio sacnfid:
in actu mentis insit, unde in signa externa derivetur Haec
enim relatio logica inter principale et ea quae ad principale
ordinantur, existit, ut haec ab illo esse specificum consequan-
tur. Inde patet vere logicam proprietatem sacrificia ab filis in-
terno actui attributam esse.

I loc confirmatur per illud quod supra discussum est, obla-
tionem sacrificii externi fieri ad significandum. Etenim
ex hoc colligitur externum directe et per se sacrificium non esse,
quoniam huius finis proprius qui speciem determinat, is est
ut Deus honoretur, — sed solum symbolum esse quod ab in-
ternis rationem sacrificii in se suscipiat et sensibus repre-
sentet. Si vero esse sacrificii ab interno actu solo derivatur,
hic per se vere sacrificium sit necesse est; etenim nemo dat
quod non habeat.

\d opinionem suam roborandum recentiores maxime se-
quentem S. Thome sententiam invocare consueverunt Si-
cifida proprie dicuntur, quando circa res oblatas ahqsad fit.
sicut quod animalia occidebantur et camburebantur. quod fwcs
frangitur, comeditur et benedicitur. Et hoc ipsum nomen
tuim sacrificium dicitur ex hoc quod homo facit aliquid sacrum
Oblatio autem directe dicitur. cum Deo aliquid offertur etiamsi
nihil circa ipsum fiat, sicut dicuntur offerri denarii tud panes
in altaric circa quos nihil fit. Unde omne sacrificium est oefic.
sed non convertitur (2). — His verbis cl. B. Bartmann S The-
mam omnia sacrificia et cruenta et incruenta considerantem.

(‘) De la Taille, I. c. 7.

(2) 5. th., II, II, 85, 3, ad 3.

ait, generalem notionem sacrificii statuisse ('). Sed cl. auctor erravit, et errant quotquot per ea recentiorum opinionem: actum internum per magistrum improprie sacrificium vocari, confirmatam vident, quoniam contextum neglegunt. Etenim in tota illa quaestione 85 agitur *de actibus quibus a/iuae res externae Deo offeruntur*, et in art. 3 speciatim *de sacrificiorum oblationibus externis*, an ad determinatam aliquam virtutem pertineant; atque *ad tertium*, obiectioni factae multa Deo offerri quae unius determinatae virtutis non essent, respondens, magister id unum spectat, ut oblationes externas, primitias et decimas consideret, et quae ex iis proprie sacrificia nominanda sint, definiat. Itaque per illam determinationem sacrificii proprium esse, ut circa rem oblatam aliquid fiat, a genere sacrificiorum non excluditur interna mentis oblatio, de qua ibi nullo modo quaeritur, sed solum norma statuitur secundum quam **de oblatis externis** indicetur, quid eorum ad genus sacrificii pertineat, et quid directe oblatio nominetur. Illud *proprie* igitur opponitur solum oblatis externis *circa quae nihil pit.* Ceteroquin valde mirum esset, si in art. 3. *ad tertium*, nomen proprie dicti sacrificii illi actui auctor negaret, quem in eodem articulo *ad secundum* vocavit *sacrificium principale*, et in articulo 4. iterum *sacrificium primum et principale*. Tale vitium magistro *logicae artis* peritissimo et pondera verborum diligenter examinanti contigisse nemo est qui cum ratione credat.

* * *

Haec hactenus. Examinatis iis quae recentiores de sacrificio visibili excogitarunt, et cum interpretatione antiquorum collatis, facere non possum, quin hanc illis et certitudine principiorum et elegantia conclusionum et facilitate intellectus plurimum praestare arbitrer, atque hanc solam cum iis quae in prima parte de dono Deo offerendo generatim discussa sunt, vere convenire. Itaque ea restauretur oportet; quo facto etiam disputationes quae de actione sacrificiali plurimae factae sunt et fiunt, facile finem habebunt, et ad interpretandum augustissimum Novi Testamenti sacrificium plurimum lucis adveniet.

P. D a m i a n u s K l e i n , O . F . M .

(') L. c. 339.

Obimeii wieft in >>
iuxta "VV>> in tawon" 1 Boimta
(Con/tnuat/o)

Caput II.

De primo ad sapientiam gressu
seu de Scientiis philosophicis

Art. I *Partitio philosophiae, in < Coll, in Hexaemeron->.*

Ad *Coll, in Hexaemeron* unice spectantes, statim a philosophiae divisione incipere possemus. Cum vero logice omnis divisio definitionem praesupponat, consequenter primo quid philosophia sit ad Seraphici mentem revocabimus. Hoc facientes nolumus quaestionem movere de philosophiae independentia eiusve formali distinctione a theologia^(*); pro momento tales controversias resolutas supponimus, primam sensu negativo, alteram positive theoretice, negative practice. De caetero quaestiones illae, quatenus in *Coll, in Hexaemeron* illustrantur, a tractatione nostra lumen accipient.

In Bonaventurae operibus plures definitiones sive scientiae sive philosophiae repertae. Aliquando agens de definitione scientiae — sensu philosophico acceptae, — illam aristotelicam praebet: < Omne enim quod scitur... necessarium est in se sine mutabilitate, et certum est ipsi scienti. Tunc enim

(*) Pro controversia de hac re legatur E. Gilson, I. c. 91 ss. et 462 ss.. etiam P. Mandonnet, O. P., I. c. 55 ss.